

HENDRIK BRUNO (DEN HAAG)
AAN CONSTANTIJN HUYGENS [IN HET LEGER | VOORN]
11 JUNI 1639
2122

Antwoord op een verloren gegane brief van Huygens. Vervolg op Bruno's brief van 29 mei 1639 (2102).

Samenvatting: Bruno bericht o.m. dat Christiaan betere vorderingen maakt in de muziek dan Constantijn jr.

Bruno schreef opnieuw op 11 juli 1639 (2164)

Primaire bron: Leiden, Univ. Bibl., Cod. Hug. 37: brief (dubbelvel, 20x31cm, abcd | -; autograaf).

Vroegere uitgaven: OC 1, nr. 1b, pp. 539-542: volledig.

— Worp 2, nr. 2122, pp. 459-460: samenvatting.

Namen: Apollo (= Christiaan Huygens); Johann Amos Comenius; Erasmus; Hercules (= Christiaan Huygens); Horatius; Constantijn Huygens jr.; Christiaan Huygens; Lodewijk Huygens; Philips Huygens; Ovidius; Terentius.

Titels: *Eunuchus* (Terentius); *Tristia* (Ovidius).

Glossarium: musicus (muzikaal); musica vocalis (vocale muziek).

Transcriptie

Magnifico nobilissimo Domino

Domino Constantino Hugenio, Toparchæ in Zuilichem, etc., Domino in æternum honorando, salutem plurimam dicit.

Quod conatus qualescunque mei, cui maximè optavi et studui, tibi probentur, non possum non triumphare seriò, virorum maxime. Cessit profectò hæc res nimis quam feliciter, supra adeò votum, præter expectationem. Imperita, infantiaëque suæ, et sui conscia mens, præclarè secum actum iri sciebat, si atrum carbonem effugisset, nec tremebat minus quam olim Lugdunensem rhetor dicturus ad aram, cum ineptias secum suas sistendas esse nosset supremo omnis eruditionis antistiti, dictatori, omnis subacti, sagacissimi iudicii compendio, coagulo, cui et primo et soli datum Deo proximum ac cognatum illud *Nihil ignorare*. Id itaque (num parva ratio est?) glorior, id impensè gaudeo, et audio garrire denuò, vir incomparabilis, quasi nuper aures parum fatigarim: tinniunt eæ, ac dolent etiam nunc procul dubio, sed ita ignoscas, illustris Domine, ut ipse onus illud tibi imposuisti, cum nugigerulas meas in singulas septimanas duas flagitares, simul, ut singuli in singulis proficiant filioli, facerem certiozem. Brevis responsio *Quam optimè*. Nec adeò ventosus sum ut quicquam mihi, nec adeò aut invidus, aut malignus, ut non omnia illis hic vendicem.

Constantinum maximè loquor, qui haud ita pridem dixit, profiteri patrem verba sibi ad laudes suas tandem defutura, at mihi, verbo dicam, verba jam nunc desunt. In poësi quidem, à quâ non omninò alienum me ante persuaseram mihi stolidus, certè cujus amatorem me etiam nunc maximum profiteor, dudum elinguae fecit. Damno jam pridem, damno, quicquid unquam anilium, veterosarum, febriculosarum, insulsarum, (nihil satis contumeliosè aut acerbè dici potest) nugarum seriò nugatus fui, ac magno conatu peperit. Pudet, pudet, sustulisse tot abortus informes, qui cum vel sibi ipsis displicere possent, tamen placuerunt aliquando mihi, licet soli, nisi forte uni, item et alteri, quibus mecum insanire libuit. Non sivit ultra me furere hunc furorem Constantinus. | b |

Neque posteriores Christianus laturus videretur, siquidem ingenii promptitudini, et ad quidvis audendum versatili, atque expedito animo, manus responderent. Cui, ut omninò alienus est à vulgo poëtastrorum, ita planè diversum, quid scabie suâ evenit, quam scabiosæ isti versificatorum fæci exactè olim (absit verbo assentatio, quam nec didicit, nec fert, Batavus) et ad vivum suis coloribus ab Amplitudine Vestrâ expressæ. Ille quippe ingeniosè se digna nequit meditata sic haud perituræ mandare chartæ. Hæc fæda colluvies, hæc carcinomata poëticaë dignitatis, nugamenta hominum, fabulæ, somnia, quibus fatalis illa conscribillandi prurigo, putidum et sine cerebro caput, semper titillans, semper inerrat miseram manum, adeò fatigant,

importunè adeò protrudunt, præcipitant, ut mentem hæc semper anticipet, præoccupet. Sacer, atque epidemicus hoc sæculo, scripturire, quam parturire, versusque Leotrophidè, quod dicitur, ac Thaumantidè, imò pumice macilentiores, aridioresque cudere, præoptante, morbus chiragra est; vitam chartaceam nemo non optat: neque pol capitis periculo comprimere sibi possit istas manus: adeo ut prope adsit cum sub onere librorum fathiscet ac dehiscet terra parens, atque in se ipsâ residet. Attamen amabilem hanc insaniam pauci in se agnoscunt, omnes amant. Qui quidem id unum, etiam atque etiam, magno conatu adnixi, videntur agere, ut ne forte parum nugas agant, ac deridendos se cordiatoribus qui habent salem, propinent. Illi ergo tametsi sapientes eos sibilent, sibi tamen bonâ fide plaudunt, et stulti susurros vulgi captant. Favore, dico, vani popelli et fluctu magis mobilis elati, attoniti, auraque tumidi feruntur inani. Neque sentiunt stipites, id demum rejiciendum, quod ab hoc maxumè summo studio laudatur, prædicaturque.

Interim enimverò quam pulchrum est digito monstrari, et dicier: 'hic est'? Nempe hoc erat, scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter? Quoties mihi splenem movit, ac Democritum fecit, delirium hoc sæculi, in quo servile, venale, imo commune nomen poëta est? Noster Hercules, Apollo, tuam fidem! quicquid esurit hodie, maximè quicquid sitit, quicquid patriâ abligurrierit unquam bonâ, quicquid strenuè pergræcando rem decoxerit, projectum est ad audendum aliquid insani, liquidi, fluidi, ac vinosi carminis, quodque non fontem illum caballinum, sed flumen Bacchicum redoleat, quo profectò haud paulò magis cerebrum proluisse arbitror quam unquam Castalio illo labra olim illi veri, et principes poëtarum. Itaque ergo repente sacri, verè sacri vates proderint, et protrudant aliquid, quod liquet mihi dejerare, nihil poëtæ habet, nihil poëmatis, nisi titulum, nomen, formam, stylum. Quamquam hic imperito facile imponeret, quia (id quod Horatium aliosque satyricos affectasse de industriâ notant critici) versus salebrosi, rancidique, ac duri, scæsurâ carentes, facile se pro prosâ vel hermaphrodito quodam potius, ex | c | utroque conflato, probent.

O aurea carmina scribis, maxime Lolli!

Sed, Deus bone, quam multis nominibus tui, perillustris Domine, filioli ab his qui numerus dumtaxat sunt et fruges nati consumere, maximè spumantem docti haurire pateram, discrepant? Puerili (ætate puerili tenus) ingenio erecto, excitato, et liceat per modestiam vestram verum hic dicere, planè paterno. Breviter eâ sunt fortunâ ut mendicabula versuum dare neutiquam opus habeant, eâ naturâ, eâ elegantia ut nugas nec velint, nec possint. Faciunt hæc eo ut compellare confidentius tuam humanitatem non erubescam, de re quam sum dicturus.

Disputationem molior theologiam, cui, si versiculos aliquot uterque adjiceret, nihil est quod malim, neque dici potest, quanto honore, nec injuriâ, me putarem affectum. Curarem addi a typographo utriusque ætatem, quo majori sit admirationi illud nobile par vatum, Clario puerilia quantum vel juvenes deceat, pectora plena Deo. Veniam aut interdictum liceat expectare.

Verum quo me abripit ac transversum agit hæc loquacitas? Nempe dum poëtastris illos tantopere exagitavi, me ipsum magnæ cum iis affinitatis arguo, quippe qui commune hoc cum eis ipsis habeam, ut loqui incipiam rabula, tanquam nunquam desistendum sit. Tandem anhelò ad alia, et tu, nullus dubito, ad finem.

In rhetoricis etiam adeo pulchrè se habent principia, ut planè illud de se vel nunc promittant: in utrumque paratus. Feci autem ac facio quod jussisti, ordinemque qualem præscripseras, etiam mihi semper præ cæteris probatum, sequor, nec enim unquam placere potuit vaga mens, quæ statim vela pandit in ignotum æquor, nusquam est qui ubique est. Hoc agendum: tramite certo carpere callem oportet, et circumcidenda lascivientia nimium, ac fervida ingenia, quæ brevem corporis anatomen ac synopsis fastidientia, per singula libero pede discurrunt, adeo ut omnia ignorent: contra profectò naturam, quæ à generalioribus ad specialia progreditur. Quia verò sine Græcis hæc sacra non constant, et schemata Græcis elementis expressa sunt, literas prælibavimus, ne in lectione ulla remora injiceretur.

Praxin rhetoricam in Ovidio designamus: cujus librum *Tristium V* propediem absolvemus. Sleidanum jam absolvimus; Idibus Juniis curâ secundâ accuratori, inchoandum, nisi forte aliud quicquam præceperis. Themata quod attinet, cepi consilium, non omninò nisi fallor, insulsum, ut, dum iis occupantur, simul nomenclaturam rerum præcipuarum addiscant, et janua quædam facilis pateat ad Latinæ linguæ solidam

cognitionem. Animadvertēbam enim laborare eos ut plurimum in rebus per apta vocabula designandis. Sequor hic institutum hominis alicujus Germani, Joh. A. Comenii. Hujusmodi autem thematum unum hic exhibemus: | d |

Incendium ex quāvis scintillā, si permittis, oritur. Nam quicquid ignem concipit, id primum gliscit, deinde ardet; tum flagrat et flammatur, postremum crematum redigitur in faxillas et cineres. Lignum ardens torris appellatur, extinctum titio, particula ejus carbo; et quamdiu candet, pruna: fumus ardens, flamma est: camino adhærens, fuligo.

In musicis ut proficiant iudicium ferre nequeo, neque ausim, ne mihi continuò quis illud ne sutor ultra crepidam. Quantum tamen audio Christiano hic palma defertur; credo, quia musicæ vocalis præ Constantino peritus est; ille autem, si eum benè novi, à tergo sese relinqui non feret, nec longè sequetur fratris vestigia, sed calcem calce premet, et jam premit.

Ludovicus in Terentii *Eunucho* mecum versatur, quem jam pene absolvimus; et jam tersius paulò themata scribit. In grammaticam impingit satis rarò: quid? quod heri nullum vitium animadverterim, unico excepto levioris momenti, quod quidem malè pereat, cum per id unum steterit quominus meritò *Doctor* vocaretur.

Restat ut de horum parte primā Philippo aliquid dicamus. Proficit ut pueruli tales solent, sic tenuiter. Bona tamen me spes habet, cum omnia simul percepturum, itidem ut de magno Erasmo aliquando audivisse recordor, quem ad XII ætatis annum neque natate, neque literarum elementa, nedum litteras novisse affirmabatur. Non credo inquires, nec ego. Sed id uterque nostrum credit, quemadmodum ætatem fluere, non sentimus, fluxisse experimur, et vixisse, non vivere animadvertimus, ita etiam didicisse, non discere unusquisque se videt, videbit et Philippus. Sed omninò oblitus videor, quis, cui, quid, quousque fabuler. Da veniam, perillustris Domine, et vale.

Amplitudini Tuæ humilissimus cliens
Henricus Bruno.

Hagæ-Comitis, ex Musæo vostro, III Idus Junias MDCXXXIX.

Vertaling

Aan de heer Constantijn Huygens, heer van Zuilichem, die eeuwig in ere gehouden worde, een groet.

Dat al mijn pogingen uw goedkeuring kunnen wegdragen, degene van wie ik die het meest gewent heb en waarop ik mij heb gericht, daarover kan ik mijn triomfantelijkheid in 't geheel niet onderdrukken, o beste der mensen. De ¹zaak is natuurlijk al te zeer gelukkig verlopen, zozeer boven de wens uit, buiten verwachting. De onkundige en zich van zijn onvermogen en van zichzelf bewuste geest heeft duidelijk geweten wat er met hem zou gebeuren, als hij het lelijke zwart [ter correctie] zou zijn ontvlucht, en de redenaar die voor het Leidse altaar zou spreken trilde niet minder dan vroeger, omdat hij wist dat zijn onhandigheden zouden moeten standhouden voor de hoogste ²voorganger van alle kennis, de leider, de samenvatting, het stremsel van het verstandigste oordeel, aan wie in de eerste en enige plaats het aan God gelijke en verwante 'Niets niet weten' is gegeven. Daarom ben ik verheugd (is er immers geen geringe reden voor?) en heel blij, en hoor ik opnieuw het kletsen, onvergelijkbare heer, alsof ik onlangs de oren een weinig heb afgemat; zij suizen en doen nu zonder twijfel pijn, maar u vergeeft dat, edele heer, omdat u die last uzelf hebt opgelegd, toen u mijn prulwerk twee weken na elkaar opeiste, tegelijk toen ik u ervan in kennis stelde, hoezeer uw zoons elk afzonderlijk in de afzonderlijke vakken vooruitgaan. Het korte antwoord is 'Hoe geweldig.' En ik

1. Bruno heeft kennelijk zijn disputatie voor de Leidse Universiteit aan Huygens voorgelegd en vervolgens een positieve beoordeling gekregen.

2. Huygens kennelijk.

ben niet zo ijdel dat ik voor mij iets, en evenmin zo afgunstig of kwaadaardig dat ik hier niet alles voor hen opeis.

Het meest bezing ik Constantijn, die nog niet zo lang geleden zei dat zijn vader verkondigde dat woorden tot zijn lof hem zouden ontbreken, maar nu, ik zeg het kort, ontbreken mij reeds die woorden. In de poëzie, waarin ik mij vroeger in een domme bui soms niet geheel onbekwaam vond, maar waarvan ik mij zeker nu een groot liefhebber acht, heeft hij mij allang sprakeloos gemaakt. Ik verwerp alles wat ik eertijds ooit aan oudewijven-, slaap- en koortsverwekkende, en flauwsmakende beuzelarijen (het kan niet verwerpelijk en scherp genoeg worden gezegd) in ernst heb gestunteld, en met veel moeite heb voortgebracht. Ik schaam mij, ik schaam mij zoveel afzichtelijke voortbrengsels te hebben verdragen, die, terwijl zij zichzelf nog wel konden mishagen, toch soms mij hebben behaagd, zij het als enige, tenzij toevallig nog iemand en iemand anders die met mij wilden ijlen. Constantijn heeft niet willen dulden dat deze razernij buiten mij zou doorrazen.

En Christiaan zou niet achter zijn geraakt, als zijn handen tenminste hadden beantwoord aan de snelheid van zijn verstand en aan zijn geest, die altijd klaar staat om wat dan ook aan te pakken. Voor hem [geldt dat], zoals hij geheel en al verschilt van de massa van de poëtasters, het duidelijk zo verschillend is wat er uit zijn prikkelingen voortkomt dan voor die schurftige heffe van rijmelaars, die indertijd zo precies (moge in mijn woorden vleierij afwezig zijn, die de Hollander noch heeft geleerd, noch in zich heeft) en in levensechte kleuren door u zijn ³beschreven. ⁴Hij kan immers niet de zaken die hij vernuftig heeft bedacht toevertrouwen aan het geduldige papier. Dit lelijke ⁵mengsel, deze gezwollen van dichterlijke waardigheid, deze menselijke beuzelarijen, deze fabels, deze dromen, waardoor die noodlottige wellust van het bekrabbelen, als een stinkend en hersenloos hoofd, steeds kittelend, steeds rondwaait, vermoeien de ellendige hand zó, stoten die hand zó ongelegen voort, haasten die hand zó, dat die zijn geest altijd voor is, en daarop vooruitloopt. Het heilige en aan deze tijd eigen in schrijvensnood verkeren als ware het in barensood, en het uithakken van het-volk-voedende verzen, zoals ze dat noemen, die ook bewonderenswaardig zijn, ja zelfs met puimsteen nog magerder en verdorder gemaakt, willens en wetens, is als een jichtziekte van de hand. Het papieren leven wenst iedereen, en bij Pollux kan hij zelfs met levensgevaar zijn handen niet laten rusten, zozeer dat het bijna zover is dat onder de last van zijn boeken de gehoorzame moeder aarde zal splijten en zich zal openen, en in zichzelf tot rust zal komen. Al onderkennen weinigen deze verleidelijke ziekte in zichzelf, allen houden zij ervan. Zij die dat keer op keer met veel inspanning nastreven, lijken erop uit te zijn vooral niet te weinig onzin te maken, en zichzelf, de belachelijken, toe te drinken met zoute drankjes. Al fluiten de wijzen hen uit, zij applaudisseren in goed vertrouwen voor zichzelf, en snakken naar het [bewonderend] gefluister van het domme volk. Uitzinnig en verdoofd door de gunst van het ijdele, zeg ik, gepeupel en de wind van het nog onbetrouwbaarder grauw, slepen zij zich voort als leeghoofden, gezwollen door ijdele lucht. En die lummels bemerken niet dat zij vooreerst moeten verwerpen wat door het gewone volk met de meeste ijver wordt geprezen en geroemd.

Hoe mooi is het immers niet om met het vingertje te worden aangewezen en te horen te krijgen: hier is het? Het was toch zo dat uw weten niets is als niet iemand anders weet dat u het weet? Hoe vaak heeft deze razernij van onze tijd, waaruit de onderdanige, omkoopbare, ja laag-bij-de-grondse naam van de dichter bestaat, mijn milt bewogen en een Democritus van mij gemaakt? Al waarnaar onze Hercules, grote goden, bij Apollo!, vandaag taalt, vooral alles waarnaar hij dorst, alles wat hij van het goede vaderland zal aflikken, alles wat hij zal laten verkoken door ondernemend niets aan de zaak te doen, dat alles wordt ingezet om iets van een waanzinnig, vloeibaar, doorzichtig en wijnachtig lied aan te pakken, wat niet zozeer naar de paardenbron [der Muzen], maar naar de Bacchus-bron riekt, waardoor natuurlijk, naar ik meen, de hersenen veel meer worden bespoeld, dan ooit de Castalische bron deed met de lippen van die ware en belangrijke dichters van vroeger. Daarom zullen dus ineens die heilige, waarlijk heilige zieners iets voortbrengen en

3. Bruno verwijst hier naar Huygens' gedicht 'Een algemeen poët,' 21 augustus 1623 (Gedichten 2, pp. 1-2), onderdeel van de 'Printen.' Zie Smits 1987.

4. Christiaan Huygens.

5. De 'algemeen poët.'

voortstoten dat volgens mij niets van een dichter of een gedicht heeft behalve de titel, de naam, de vorm en de stijl. Hoewel dit op de onkundige gemakkelijk indruk zou maken, zullen de verzen, omdat (iets waarvan de critici opmerken dat Horatius en de andere satyrici dat met opzet hebben aangepakt) zij hobbelig, stinkend, en hard, zonder cesuren, zijn, gemakkelijk kunnen worden ontmaskerd als proza of liever als een tweeslachtig type, uit beide soorten door elkaar.

O gij schrijft gouden verzen, grote Lollius!

Maar, goede God, in hoeveel opzichten verschillen uw zoontjes, edele heer, van hen die slechts een nummer zijn en [slechts] in staat om vruchten op te eten, vooral de schuimende schaal van het geleerde leeg te scheppen? Door hun kinderlijke opgeheven en actieve geest (maar alleen kinderlijk in leeftijd), en - vanwege uw bescheidenheid mag de waarheid hier worden gezegd - door wat zij van de vader hebben geërfd. Kortom, zij zijn van een zodanig gesternte dat zij beiden geen behoefte hebben om behoeftige verzen te maken, van een zodanige smaak dat zij onzin willen noch kunnen. Zij maken deze zaken zodanig dat ik mij er niet voor schaam brutaalweg een beroep te doen op uw welwillendheid, in de zaak die ik nu ga aansnijden.

Ik werk aan mijn theologische disputatie. Niets liever zou ik willen dan dat beiden daaraan enkele versregels zouden toevoegen, en het kan niet worden gezegd hoeveel eer, en niet ten onrechte, ik mij zou voelen worden gedaan. Ik zou ervoor kunnen zorgen dat de drukker hun beider leeftijd vermeldt, waardoor het edele, de dichters waardig, nog meer bewondering oogst, hun jeugdige harten vol van de god Apollo, voorzover dat de jeugdigen past. Laat mij toestemming of verbod verwachten.

Waar toe zal waarlijk deze welbespraaktheid mij meeslepen en mij dwarszitten? Terwijl ik immers zojuist die poëtafsters met zoveel inspanning opjoege, beschuldig ik mijzelf van een grote verwantschap met hen, ik die immers dat met hen gemeen heb, dat ik begin te spreken als een advocaat in kwade zaken, alsof er nooit mag worden opgehouden. Toch snak ik nu naar iets anders, en u - ik twijfel er niet aan - naar het einde.

Zelfs in de retorica bestaan zo mooi uitgangspunten dat zij dit duidelijk uit zichzelf of nu beloven: ik sta voor beiden klaar. Ik deed echter en doe wat u mij hebt opgedragen en volg de opzet die u had voorgeschreven en die ik zelfs altijd boven alle andere houd, en niet kon ooit de zwervende geest behagen die direct het zeil hijst naar een onbekende zee, nergens is hij die overal is. Dit moet worden gedaan: het past met een zekere weg de bergpas te nemen, en de te dartele en brandende ideeën moeten worden weggesneden, die, een afkeer hebbende van een korte anatomie of samenvatting van het lichaam, één voor één met vrije voet doorlopen, zodanig dat zij alles negeren: geheel tegen de natuur, waar men van het algemene naar het specifieke voortschrijdt. Omdat echter zonder de Grieken deze heilige regels niet bestaan, en de schemata met Griekse elementen zijn uitgedost, hebben wij de letters er eerst van afgeschept, opdat er in het lezen geen oponthoud meer zou zijn.

De praktijk van de retorica bestuderen wij aan de hand van Ovidius, wiens *Tristia*, Boek V, wij eerdaags zullen afsluiten. Sleidanus hebben wij reeds afgesloten, die vanaf de 13de juni in een tweede, nauwkeuriger ronde zal worden aangepakt, tenzij u net iets anders voorschrijft. Wat de thema's betreft heb ik het advies opgevolgd, niet onaardig als ik mij niet vergis, dat zij, zodra zij zich ermee bezighouden, tegelijk de benaming van de belangrijkste zaken erbij leren, en er een werkelijke eenvoudige deur openstaat naar de degelijke kennis van de Latijnse taal. Ik had bemerkt dat zij zich hoogstens inspanden om de zaken met de juiste woorden aan te duiden. Ik volg hierin de onderwijsmethode van een zekere Duitser, Johann Amos Comenius. Ik laat hier een opstel op deze wijze gemaakt zien:

Een brand ontstaat uit een of andere vonk, als u die laat schieten. Want alwat vlam kan vatten, gloeit eerst, brandt vervolgens. Dan schroeit het en vlamt het, en uiteindelijk vergaat het tot gloeiseltjes en as. Brandend hout wordt brandhout genoemd, uitgedoofd hout verkoold hout, de deeltjes ervan houtskool, en zolang het nog brandt gloeiende kool. Een vlam is gloeiende rook, roet als die zich aan de ovenwand hecht.

Hoe zij voortgaan in de muziek kan ik niet beoordelen, noch durf ik het, opdat ik niet onmiddellijk doorga voor een schoenmaker die zich niet bij zijn leest houdt. Voorzover ik het kan horen, komt Christiaan hier de palm toe; ik geloof dat, omdat hij in het zingen bekwamer is dan Constantijn. Deze laatste, als ik hem goed ken, duldt niet dat hij achter ligt en zal niet lang de voetsporen van zijn broer volgen, maar de hiel in de renbaan drukken, en dat doet hij al.

Lodewijk verdiept zich met mij in de *Eunuchus* van Terentius, die wij al bijna helemaal hebben doorgewerkt; en reeds schrijft hij zijn thema's een beetje beter. Aan de grammatica stoot hij zich tamelijk zelden. Wat? Dat ik gisteren geen enkele fout heb bemerkt, behalve één van weinig gewicht, zodat het iemand slecht zou vergaan wanneer het van dit ene zou afhangen of hij terecht doctor zou worden genoemd.

Blijft over dat wij over het eerste deel hiervan iets aan Philips vertellen. Hij gaat vooruit zoals zulke jongens dat gewoonlijk doen, zo geleidelijk. Toch heb ik goede hoop dat hij later ineens alles zal begrijpen, zoals ook de grote Erasmus, van wie men, naar ik mij herinner te hebben gehoord, verzekert dat hij tegen zijn twaalfde jaar noch het zwemmen, noch de beginselen van het lezen, noch de letters kende. Ik geloof niet dat u ongerust bent; ik ben het ook niet. Maar wij beiden geloven dat iedereen, zoals wij niet voelen dat de tijd voortgaat, maar ervaren dat de tijd voortgegaan is, en wij niet bemerken te leven, maar te hebben geleefd, ziet dat hij heeft geleerd, niet dat hij leerde, en zo zal ook Philips het zien. Maar ik schijn helemaal te hebben vergeten als wie, aan wie, wat en waartoe ik hier verhalen vertel. Vergeef mij, edele heer, en vaarwel.

Uw nederige dienaar
Hendrik Bruno.

Den Haag, uit uw bibliotheek, 11 juni 1639.



Magnifico nobilissimo Dom:

D. Constantino Huygens, Toparcha in Zuidelohem etc.
Domino in aeternum honorando,
S. P. D.

Quod conatus qualiscumque mei, cui maxime optari, et studii sibi probum
tui, non possum non triumphare serio, vinctorum maxime, Cessit pro,
lecto haec res nimis quam feliciter supra adus votum, praeter
expectationem. Impulit, infantiaque sua, et sui conata mens, praede-
re secum actum vix sciebat, si atrium carbonem effugisset, hoc
tremebat omnibus, quam olim Lugdunensem Rhetor dictatus
ad aram, cum impetias secum suas sustendas esse nosset super,
mo omnis orationis antistiti, dictatori, omnis subacti, sagacissimi
iudicij compendio, coagulo: cui et primo et soli datum deo Prae-
mium ac cognatum illud Nihil ignorare. Id itaq (num parva
ratio est?) gloria, id impensius gaudere, et audere garrivum denuo,
via incomparabilis, quasi nuptur aures parum fatigari: Cinnam
ca, ac dolant etiam nunc paucis dubio, sed ita ignoscas, illustis
Domine, ut ipse onus illud tibi impensius, cum nigerrimas meas
in singulas septimanas duas flagitaret, simul, ut singulis in
singulis proficiant sibi soli facerem certiorum. Predis respondere
quam optime. nec adeo ventosus sum ut quicquam mihi, nec adeo
aut invidus, aut malignus, ut ~~non~~ non omnia illa ^{sic} ardentiorum.
Constantinum maxime Logios, qui haud ita pridem dixit, profectus
patrem verba sibi ad laudes suas tandem defuturam, at mihi,
verbo dicam, verba jam nunc defant. In poesi quidem, a qua non
omnino alienum me ante persuaseram, Italicus, certe ejus amatorum
me etiam nunc maximum profector, dudum linguam fecit. Damas
jam pridem damno, quicquid unquam anilium velle nosarum, sibi
Lazarum, infulsacum, (nihil satis ~~de~~ contumeliosum aut acerbis dici
posse) nugarum scio negatus sui, ac magno conatu projecit. Pridem,
quidem, sustulere tot abortus informes, qui cum vel sibi ipsis dispa-
cere possunt, ~~sed~~ tamen placuerunt aliquando mihi, licet soli, nisi
forte uni, etiam et aliter, quibus mecum insanire libuit, Non sicut
ultra me favore hunc favorem Constantinus

Negz postea Christianus Latine videtur, siquidem ingenij
promptitudini, et ad quodvis audendum versabili, atq; expedito animo, manus
respondent. Cui, ut omnino alienus est a vulgo poetarum, ita pla-
ne diverse vni quid scabie sua evenit quam scabiata est a medicatorum
faci, qui exacte olim (absit verbo assentatio, quam nec didicit nec fero,
Batavis) et ad visum suis coloribus ab ampl' vestr. expressit, ille quippe
ingriscus, et digna neguit meditata, haud postea in mandare charta,
hac sada collucens, hac caricinata, poetica dignitatis, nigamata homi-
num, fabula, somnia, quibus illa conscribenda, curigo, putidum et
sine verberis caput, semper titillans, semper increat, manum advo fatigat,
importuna advo protrudit, ^{importuna} praecipit, ut mentem hac semper anticipet, preloccit,
pot. sacer, atq; episcopus hoc saeculo, sciantur, quem parturire, praesens
Lootrophica, quod dicitur, ac Phaeantia, imo quicquid maiestatis, auctoritatis
cudore, praesentate, morbis et Chiragra est, vitam chartaceam nemo
non optat: neq; pot capitis periculo empimere sibi possit istas manus:
advo ut prope adsit cum sub onere Librorum factisort ac desisset
terra garans, atq; in se ipsa residet. Attanta amabilem hanc insaniam
pauci in se agnosunt, omnes amant. Qui quidem id unum, istam atq; istam,
magno conatu admissi, videtur agere, ut ne forte quorum nugas agant, ac
Candidos et cordationibus qui habent saltem, propinent. Illi ergo tam
sapienter eos sibilant, sibi tamta bona fide plaudent. et sculti suscipiunt
vulgi captant, favore dico vni, populli et fluctus magis mobilis elati,
attoniti, auras timidi formidant manu: neq; sentiant stipites, id divinum
reducendum, quod ab hoc maxime summo studio Laudatur, praedicatur.
Antorem enimvero quam pulchram et dextro monstrari et dicitur, hic
est. Nempe hoc est, scire vni nihil est nisi hoc scire hoc sciat
alter! Quoties mihi splenem movit, ac Democritum fecit delirium
hoc saeculi, in quo servide venale, imo conamine nomen poeta et Plautus,
et Hercules, Apollo, tuam fidem! quicquid vni hodie, maxime quicquid
sitit, quicquid patria ablegavit unquam bona, quicquid strenue perperam,
cardo rem dixerit, projectum est ad audendum aliquid insani. Liquidi
fluidi, ac virosi carminis, quod non fontem illum caballinum, sed flum-
men Bacchicum videtur, quo profecto haud paulo magis corubrum
prolevisse arbitror, quam unquam Castalis illo labra olim illi vici, et
Principis poetarum. Vni ergo respondit sacci vni sacri vni sacro,
vni, et protrudunt aliquid, quod liquet mihi dignari, nihil poeta
habet, nihil ~~compositis~~ nisi totulum nomen, formam, etylum. Quam
quam hic imperito facile imponeret, quia (id quod Horatium allegat Satyras
affert de indistincta notant Celtici) vni salubri rane id, ac dicit
lacus capite, facile se pro proci vel Hormaphrodiso quodam potius in
vni, conlato, proferat.

Ō aurea carmina scribis, maxime Lolli;
Sed Deus bone quam multis nominibus tui, Per illustres domine, filii
ab his qui numerus dantacat sunt et frigus nati consistere, maxime
spumantem docti haurire patram, discerant? juveni (Atah^{us} (Lolli)
ingenio orato, excitato, et licet per modestiam vestram vecum hic
dicerem, plane patens. Brevis de sunt fortuna et mendacule ver,
suum dare nequam opus haberent, va natura, va elegantia ut nugas
nec velent, nec possint. Faciant hac eo ut compellere confidentis
tuam humanitatem non erubescam, de re quam sum doctus. Disputa
tionem molior Theologicam, Cui, si versiculos aliquot itaq; adjectis
nihil est quod malim, neq; dici potest, quanto honore, nec injuria
me putarem affectum. Curam admi a typographo utiq; etiam
quo majori sit admirationi illud nobile, parvum, Clavis puerilia
quantum. Ut juvenis dicitur, pectora plena Deo. Veniam
aut interdictionem licet respectare. Verum quid me adripit ac
transversum agit hac loquacitas? nempe dum postest illos
tantopere oragitari, me ipsum magna cum is affinitatis arguo, quia
de qui commune hoc cum is ipsis habeam ut loqui incipiam talia,
la, tanquam nunquam desistendum sit; Tandem anhele ad alia et
ta, nullis dubio ad finem. In Rhetoricis etiam adis pulchro
so habent principia, ut plane illud de se et nunc promittant
in utriusq; paratis, Sicut autem ac facis quod jussisti, ordinemq; qui
tam praescripseras, etiam mihi semper pro caeteris probatum sequor
nec unquam placere potuit vaga mens, quae statim vela pandit in igni
tam agere, quisquam est qui ubiq; est. Hoc agendum, transito certo
corpore callum operit, et circumcivenda lascivientia nimum, ac
torrida ingonia, quae brevem corporis Anatomia ac hynopsis festiva
intia, per singula libro pedo discernunt, adeo ut omnia ignorat,
contra profecto naturam, quae a generalioribus ad specialia pro
greditur. quia vero fere Graecis haec sacra non constant et
Schemata Graecis elementis expressa sunt, Libros praediximus,
ne in lectione ulla remora injiceretur. Prae in Rhetoricam in
Ovidio designamus, cujus Librum trisium v. prope diem
absolvemus; Sclidianum jam absolvimus; Verbis Linq; cuca
secunda accuratiori inchoandum, nisi forte aliud quicquam gra
cipis. Thematata quod attinet, copii consilium, non finis nisi
fallor, insulsium, ut dum is occupantur, simul nomenclaturam
vrium praecipuam addiscant; et lenia quaedam facili patet
ad Latina lingua solidam cognitionem, animadvertendam omni
laborare vos ut plurimum in verbis per apta vocabula designandis.
sequor hic institutum hominis alicujus Germani, Joh. St. Comenij
hujusmodi autem Grammaticam unam hic exhibemus.

Includium ex quavis levatilla, si permittis, ortum. Namque quid ignem
concepit, id primum gliscit, deinde ardet, tum flagrat, et flammatur.
post hunc crematum redigitur in favillas et cineres. Liquor ardens torris
appellatur, et fumeum Titio, particula eius Carbo, et quantum candet, grana:
fumeus ardens, flamma est, camino adherens, fuligo.

In miferis ut proficiant iudicium forte mequum, neq. auferm, ne mihi con-
tinuo quis illud ne sutor ultra credam. Quantum tamen audio Griffi-
ano hic galma defertur, credo quia Musica vocalis pro Constantino peccis-
tus est: illo autem, si iam bene novi, a tergo sese polagui non foret,
nec longe superatus fratris vestigia, sed calorem calid permit, et
jam perdit.

Ludovicus in Dialecto Germanico mecum versatus, quem jam plerum
absolvimus: et jam tersius paulo et omnia scribit, in Grammatica
impingit satis raro: quid? quod hinc nullam vitium animadver-
terim, unico excepto levioris momenti, quod quidam male perdat
cum per id unum steterit quominus merito Doctor vocaretur.

Rostat ut de horum parte prima Philippo aliquid dicamus, proficere
ut paucis talos ^{solent} sic veniunt; bona tamen me spes habet, dum
omnia simul percipiam, itidem ut de magno Erasmo aliquando
audivisse recorder, quem ad XII. aetatis annum neq. natari, neq.
litterarum elementa, neq. litteris norisse affirmabatur: Non tamen
inquies, nec ego; sed id utroq. nostrum credit, quemadmodum et alium
Flacrum, non fortunas, felicis experiamur, et vultu, non visum ani-
madvertimus, ita etiam vidisse non ~~de~~ dixit unquam se
vidisse, ~~et~~ vidisse et Philippum. Sed omnino oblitus erit, quis
ai, quid, quosq. fabular: Da veniam perillistis Domine,
et vale:

Hage-Com. ex Muzico
nostro.

III Vrs Ivn.

MDXXXIX.

Ampl. tua

humilissimis et literis

Henricus Bruno.